



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Quid nominis jurisdictio, quid rei? an dominus in servum jurisdictionem habeat?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

C O N C L U S I O.

I.

Vetus & vulgatum est, iudiciorum va-
lorem à jurisdictione pēdere, ut pro-
inde recto ordine decisiones de jurisdic-
tione prēmittamus. Et huius nomen
complures, tam latè patere autumant,
ut ambitu suo notionem quoque nudam
complectatur. Nos ita malumus: *Notio
summum genus est: eius species duæ: notio
nuda & jurisdictione. l. 5. ff. de rejud: l. notio-
nem 99. ff. de V. S.* Notio in genere est cau-
sas cognoscendi iudicandiq; potestas. No-
tio nuda est causas cognoscendi iudican-
diq; potestas sola, absq; facultate exe-
quendi; eaq; ferè propria Iudicum pe-
daneorum: hi enim cognitionem habēt;
executionem non habent, sed eorum sen-
tentias exequuntur hi, à quibus dati sunt.
*L. à D. Pio ff. de rejud: Datitamen iudices à
Principe etiam jurisdictionem habuisse
videntur, potuerunt enim alios dare Ju-
dices. L. un. C. qui pro sua jurisd: iud. dar. pos:
potuerunt exequi. l. ult. C. de jud. habue-
runt assessores Nov 60. c. 2. DD. in cap pa-
storalis cap. significasti cap. presenti de offic. de
leg. Cuiac. 12. obs. 1.*